5

erit quod enim permittimus nolentes precipimus quia malas hominū
uoluptates ad plenum prohibere non possumus; Amen dico uobis qui
cumque dimiserit uxorem suam. excepta causa fornicationis
moechatur; Omnis per quas causas nascitur. per ipsas absoluitur;
Matrimonium enim non facit coitus sed uoluntas; Et ideo non illud
soluit seperatio corporis. sed seperatio uoluntatis; Ideo qui dimittit
coniugem suam & aliam non accipit. adhuc maritus est; Nam
corpore iam separatus est. tamen adhuc uoluntate coniunctus est;
Cum ergo aliam acceperit. tunc plene dimittit; Non ergo qui dimittit
moechatur. sed qui alteram ducit; Sicut autem crudelis est
& iniquus qui castam dimittit. sic fatuus est & iniustus qui retinet
meretricem; Nam patronus turpitudinis eius est. qui crimen
celat uxoris; Imitatores ergo debemus esse di ut sicut ille
agit cum ecclesia. sic nos agamus cum coniuge; Ille enim
numquam derelinquet populum. si ad gentilitatem
uel ad heresim uoluntate transierit; Aliquos autem peccantem castigat
quidem. tamen misereri non cessat; Dicente propheta; Si dere-
liquerint filii eius legem meam; Uisitabo in uirga iniquitates eorū.
Misericordiā autē meam non dispergam ab eis; Sic et uir me-
retricem quidem qui dimittit; Aliquas autem male moratā castiget & te-
neat; Quomodo tribus modis; primum docendo. secundū dm si autē
timorem di non sentit. improperando ut uel homines erubescat. Si nec
pudorem sentit frequenter confusa; Facit illi quod precepit Salomon;
durum bacculo percute; Ergo primum admone quia multum
proficit doctrina iustitiae; Deinde confunde quia frequenter &
pudor frenum est uitiorum; Tertio iustum est ut castigetur. quia
si ancilla quae erubescere nescit ut libera; Alter, de galilea turbae
in misterium gentium secutae sunt dnm in fines iudeae. ibique curati sunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8110/0011